

ANNO DOMINI DCCCLIII.

# AMULO

## EPISCOPUS LUGDUNENSIS.

### NOTITIA HISTORICA.

(Apod. Galland., veterum Petrum Biblioth., tom. XIII.)

Diversimode vocatur auctor noster in prisorum libris : Amulo enim, Hamulus, vel etiam Hamularius audit. Fuit natione Gallus, successit Agobardo, tenuitque Lugdunensem sedem ab anno 841 ad 852 et ultra : De illo plura dabunt curiosis præter bibliographos Cointus (a), et Dominicus de Colonia (b). Cavæus diligenter ejus scripta recensuit. Nos ex Baluzii Agobardo tanquam potiora decerpsumus episto-

A las duas, ad Theobaldum alteram de adulterinis quibusdam sanctorum reliquiis, alteram ad Gothescalcum pro confutanda ejus doctrina et moribus. Præterea oposcula duo ad eundem Gothescalcum de Præscientia, Prædestinatione, et Libero arbitrio, etc., ex quodam ms. codice Trevirensi deponpta. Hæc primus vulgaverat Parisiis an. 1649 Sirmonius.

(a) Tom. VIII, pag. 650.

(b) Hist. Litter. Lugdun. tom. II, pag. 127.

## AMULONIS EPISTOLÆ.

### EPISTOLA PRIMA.

AD THEOBOLDUM EPISCOPUM LINGONENSEM.

I. Reverendissime et puro dilectionis affectu excitoendo THEOBOLDO Ecclesie Lingonice episcopo, AMULO humilis Ecclesie Lugdunensis episcopus in Domino Iesu Christo sempiternam salutem. Mandatis nobis per dilectum fratrem obrepiscopum b' vestrum, nuper in castro Divionensi, apud ecclesiam beati Benigni martyris, coepisse quedam fieri in his qui orationis et venerationis causa ex quibuscumque locis confluere videntur, et maxime, imo, ut non nulli affirmant, tantummodo in feminis; unde anates vester quadam ambiguitate turbaretur, et necessarium judicaretis nostrum, id est, fraternum, expetendum esse consilium. Dixit enim quod anno transacto duo quidam, qui se monachos esse dicebant, detulerint usque ad prefatam sancti martyris basilicam quedam velut cujusdam sancti ossa, quae ne vel ex urbe Roma, vel ex nescio quibus Italiae partibus, sustulisse affirmabant: cuius tamen sancti nomen se oblitos esse mira impudentia dixerunt. Quasi aut cum in tantum diligere et venerari potuerint, si vere sanctum esse cognoverant, ut tanto terrorum spatio tam studiose deferre satagerent, nisi ejus nomen in locis illis, unde assumptus dicitur, mentatum esset atque vulgatum, et istius ita insinuatam et cognitum, ut desiderarent illum et exposcerent, vel etiam faro auferrent in euse regionis finibus collocandum, ac venerationi fidelium commendan-

B dom. Aut certe quem tanta veneratione dignum agnivissent, quem tanto amore transferendum exceptassent, quem tam longo itinere ipsi assidue pertulissent, ejus nomen saltim una hora obliisci potuerint, ut non illum, quem tangopere diligebant et venerabantur, continuo desiderio atque oratione ad praesidium salutis suæ, et ad propitiandam divinam clementiam pia et indesinente memoria sibi adesse precarentur, aut omnino tantæ ignavie ac stoliditatis extiterint, ut nomen ejus ad commonitionem sui nec litteris saltem signare studuissent.

II. Unde, sicut praedictus frater noster retulit, prudenter et religiose fecisti ut istiusmodi reliquias, quarum nulla extaret auctoritas, et ipsum quoque vocabulum esset ignotum, nec ullo modo recipiendas judicaretis, nec penitus contemnendas; si tamen illi qui detulerant possent, sicut promittebant, hujus rei certitudinem ex eisdem partibus delatam sub diligenti examinatione evidenter ostendere. Dixit itaque nobis quod unus ex prefatis monachis, qui apud Divonem remanserat, jam mortuus sit; alter vero, qui ad perquirendum et renuntiandum perrexerat, nequam ulterius sit reversus. Attamen dum illa ossa, a tam vilibus personis delata, et nulla veritatis assertione declarata, et tam insulsa relatione Ecclesie illata, velut causa honoris juxta sepulcrum prefati gloriosi martyris reverenter locata conservantur, coepisse in eadem basilica velut quedam miracula fieri, non sanitatum et carationum, quibus illa indicia divinitæ miserationis et propitiationis ostende-

\* Alias Teobaldus vel Teutboldus dicitur, factus episcopus anno 844.

D

b Ingelrannus erat is in castro Divionensi vices episcopi agens.